

92
95
ne si articulum de Anti christo in Confessione publicâ retinere velint
pertinaciter, confessionem de Christo edere fortasse violenter prohi-
beantur. DOMINUS autem JESUS CHRISTUS consilium
salutare suggerat, quod gloria ipsius et Ecclesiae bono serviat.
Vale feliciter cum omnibus tuis, et ab Illustribus Dominis
Synseijs, tum etiam à venerando Socero meo salve. Basilea v.
Febr. Anno Christi .1605.

T. J.

A. Polanus

D. Pareus D. Amando Polano Theologo Basileensi.

54.

SALUTEM. Quae de controversiâ dikaiw pados ad me scripsisti,
honorande frater, putaram & optaram jam pridem sepulta silentio.
Consulo verò, ut sepeliantur: illud Poeta cogitans:

Vidi ego quassatas motâ face crescere flammâs,
Et vidi nullo concutiente mori.

Omnes traditionem graviter ferunt; et nullo contradicente multa
sententia. Languescunt cum suis autoribus. Melius mihi sen-
tire videtur D. Piscator, quàm loquitur: de quo ad me etiam qua-
dam scripsit. Providendum verò etiam est, ne novis phrasibus scan-
dalum fratribus objiciamus, aut dissidendi ansem præbeamus. Justi-
tiam nobis imputari abq; operibus per fidem: Justificari nos
Christi sanguine, morte, obedientiâ. Phrasæ Paulinae sunt.
Per sanguinem verò mortem, & obedientiam, totum humilitatis statum
seu obedientia usum (ut Calvinus vocat) intelligi non est du-
bium. Neq; hic admodum difficilis erit, ut spero, Piscator:
eo principio posito, quod obedientia Christi non modo satisfactio
pro nostro peccato, sed et meritum justitiæ nobis ecedebuerit, de
quo non semel literas contulimus. Istam verò phrasim, ju-
stitiæ inhaerentem Christo nunc in gloria nobis imputari,
fateor me nondum legisse: nec probare facile posse: quan-
doquidem

Do quidem obedientia Christi pro nobis actibus & passionibus
humilitatis semel praestitis ubiq; definitur in scripturis: et alio,
qui in proclivi esset quaestio, si iustitia Christo glorioso inherens
nobis imputatur, qui id non potius de increata divinitate, quam
de creatâ humanitatis sanctitate, qua utraq; nunc in gloria Christi
fulget, accipi possit, unde haud dubie plures difficultates nasceren-
tur. Ego eam, qua, ut rectè ait Explicationibus Catecheticis con-
tinetur, sententiam simpliciter retineo. Ut verò qui nimium
mangit, sanguinem elicit: ita vereor, ne fratres Galli & Sca-
ti, nimium hinc urgentes fratrem, eliciant scandalum. Simus, que
So, contenti phrasibus Pauli Apostoli ad Romanos. 3. 4. 5. ubi se-
dem habemus nostrâ doctrinâ; et adhuc beamus explicationes sanas
primorum athletarum, Lutheri, Philippi Calvini p. Si quis vero
quid aliter sentit, hoc quoq; ei Deus relegeat. Opus est pace Ecc-
lesia propter apertos hostes, & falsos fratres. Nec intermittam
tamen in hac sententiam porro etiam D. Piscatorem ten-
tare, quanquam sciam, jam senem suam sententiam vix de-
positurum. De rebus Silesia ex invere isto honestissimo D. Mei-
scheri filio cognoscere poteris. Nostrâ divinâ gratiâ in tuto
sunt. Saluta ex me Rev. Patrem Dominum Socerum tuum
et Vale: meam verò παρρησίαν in bonam partem accipe,
quia aedificationem specto. Raptim Heidelbergae 17 Sept.
1605.

55.
D. Pareus

D. Bartholomaeo Butnero, Polono, Sactori et
Seniori in Glambovitz.

Salutem à Domino Jesu. Occasione commodâ obla-
tâ Reverende frater per Generosos Dominos Junikovios
qui ex nostra et Basileensi Academia patriam
repetent